



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De lupo, qui puellam traxit in nemus, vt os de gutiure socii extraheret,
cap. 66.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

bantur: ex quibus vnus iam dicti hominis infantem extra domum reperiens, rapuit, quem collo suo iniiciens, siluas petiuit. Miles quidam, casu per viam equitans, misertus infantis, post lupum cursitauit, eumque viuum & incolumem ex dentibus eius excussit. Non multo post idem puer, nescio quo Dei iudicio, a lupo rapitur, praefocatur, & comeditur. Habebat idem infans sororem maiorem se, quae cum die quadam missa fuisset in agrum ad hauriendum aquam de fonte, lupo, multis videntibus, ad illam cucurrit, & antequam homines subuenire possent, puellam extinxerat, intestina eius deuorans. Sic homo ille duobus liberis priuatus, cum tempore quodam guerrae uxorem cum suppellectile sua in ciuitatem transtulisset, tertium puerum ad custodiam domus suae, quoad usque reuertetur, dimisit: quem reuersus non inuenit, nec postea vidit, & verisimile est, quod a lupo, sicut ceteri, fuerit raptus atque suffocatus. Ex quo loquimur de lupis, referam tibi de lupo, quod nuper audiui, vnde satis mirabar.

CAPVT LXVI.

IVxta villam, cuius nomen excidit, lupo puellam adultam inuasit, dentibus brachium illius tenens: quam cum secum traheret, quotiens illa clamare coepit, clamantem durius percussit, & tacenti pepercit. Quid plura? Ducta est ab eo in siluam ad alium lupo, cuius gutturi os fuerat infixum; qui cum nimis torqueretur, per os alterius lupi manus puellae in guttur hiantis mittitur, a qua os, quod inhererat, extrahitur: sanatus vero, mox cum suo collega puellam ad villam propriam reduxit. **A P O L L O N I V S**: Ego quendam iuuenem vidi, qui in infantia a lupis fuerat raptus, & usque ad adolescentiam educatus, ita vt more luporum supra manus & pedes currere sciret, atque vlulare. **C A E S A R I V S**: Haec de bestiis dicta sunt. Nunc vero de vermibus aliqua jungam, sicque distinctionem concludam.

CAPVT